

paschali peperisset, & mater & foetus pascebant donec vitium contraherent, & pro pecuniis ex iis venditis, acceptis sacrificium salutare offerebatur. Vid. *Majm. de permutatione c. 4. §. 7.*

§. 2.

Annumerabatur autem agnus paschalis Hierosolymitanus sacrificiis, quia & sanguis ejus effundebatur in basin altaris, & adipēs atque intestina in altari exteriori comburebantur. Vid. *Majmon, de agno paschali c. 1. §. 9. & 18.*

### THESIS VIII.

*Foetus sacrarum victimarum vitiosi redimebantur.*

§. 1.

Si ex latere sacræ victimæ exsectus foetus esset, vel peperisset foetum oclusum, (sive distinctione sexus carentem,) vel utrumque sexum referentem, vel duas animalium species referentem, vel laceratam debebant redimi, ut pro illorum pecuniis emeretur sacrificium quod emi

B 2

alias